



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Confessionis incitamenta sunt tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTO. 63

suppositos, quasi proprios diligit, & nutrit. Sic Christus iudeos, & gentiles materna pietate diligit, & nutrit. Tertio, quia gallina sic afficitur ad pullos suos, ut ipsis infirmantibus infmetur & ipsa. Sic Christus, uelut Itaias. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quarto, quia gallina pullos suos alis protegit. Sic Christus alis suis, id est brachiis expansis in cruce suos protegit, & suscipit. Deut. Expandit alas suas &c. Quinto, quia gallina pro pullis suis expedit morti corpus suum contra insulū. Sic Christus pro suis mortuus fuit in ligno crucis.

Confessionis incitamenta sunt tria.

Primum est scriptura. Iacobi ultimus dicitur. Confitemini alterum peccata uestra, &c. Et in Prou. Renela domino opera tua, &c. dicebat etiam Itaias. Narrasi quid habes ut iustificeris, &c. Similiter Ecclasticus ait. Pro anima tua non confundaris dicere uerum, &c. Secundum quia necessaria est, sicut ait D. Bernardus. Confessio pénitentium necessaria est. Et S. Basilius. Vbi faci

Isa. 53.

De u. 22.

Iac. ult.
timo.

Pro. 16.

Isa. 43.

Eccl. 4.

Bern.
Basil.

F 3

CHRISTIANA

turnitas confessionis est, non est spē
randa uenia criminis. Et sicut dicit

Ambr. D. Ambrosius. Non potest quisquam
justificari a peccato, nisi fuerit ante
confessus. Tertium est, bona quæ ex
confessione oriuntur, quæ sunt quin
que. primum est, quod diabolus non
libenter temptat eum qui per confes
sionem secreta eius reuelat. ideo di
cebat Ecclesiasticus. Qui reuelat-

Ecc. 32 Hieron, creta amici, fidem perdit. Et Hiero
nymus. Potestas, & uirtus tradito
ris annichilatur reuelata traditione;
latrones infernales ad modum alio
rum latronum scientes se deprehen
sos fugiunt. Dicebat quoque Iob.

Iob. 24. Si subito apparuerit aurora, arbitria
tur umbram mortis. Secundum est,
pulcritudo quæ ex confessione pro
uenit. Vnde dicebat David. Confes
sio & pulcritudo in conspectu eius,

Psa. 95. Bern. I &c. Dicit quoque Diuus Bernardus.
Ama confessionem ob quam amari.
Ama confessionem si affectas deco
remi, confessioni iungitur decor, jun
gitur & pulcritudo. Tertium quia
confessio spem saluandi tribuit, si
cuit dicit Ambrosius. Confessio à mor
te animam liberat; confessio paradi
sum aperit, confessio spem saluandi
tribuit. Quartum est remissio pecca
ti. Vnde David ait. Dixi confitebor

A
11
on est spe
icu dicit
quisquam
uerit ante
na quæ ex
sunt quin
bolus non
per confes
. ideo di
reuelat se
Et Hiero
s tradito
traditione
dum alio
deprehens
oque Iob
a, arbitras
andum est,
tione pro
d. Confel
ectu eius,
Bernardus
m amans
etas deco
decor, iun
rtium qui
ribuit, si
sso à mor
io paradi
n saluandi
issio pecca
confitebor

INSTITVTO. 64

aduersum me, &c. D. quoque ait Ber
nard. Humiliter confitenti remittit
Deus peccatum , & diabolus etiam
qui in corde hominis inuaserat, amittit
principatum ; ubi nempe pecca
tum remittitur, ibi proculdubio dia
bolus de corde peccatoris expelli
tur. Et D. quoque pater Augustinus
inquit. Si homo agnoscit, Deus igno
scit. Quintum est, suffragium ora
tionis sacerdotis, tenetur enim ora
te pro eo.

Augus.

Confiteri nolentibus tres sunt
Stultitiae.

Prima est, quod ipsi volunt se
abscondere deo. Ille enim qui
peccatum suum non uult confi
teri, id uult deo abscondere, sicut fa
ciebat Adam, qui domino querenti
ubi esset, ait. Vocem tuam domine
in paradyso audiui, & timui, eo quod
nudus essem, & abscondi me. Mira
fatuitas, quod homo uelit Deo ab
scondere mala sua, quæ eo uidente
commisit. Vnde Ambrosius dicit.
Quare erubescit peccator manifesta
re peccata sua, quæ Deo, & Angelis
suis, atque cunctis animabus sunt
nota, & manifesta? & sicut dicit Pa

Gen. 3.

Ambr.

F 4